

A.

TROPÆA HONORIS

pone Tumulum

Viri Illustris atque Magnifici

DN. JOHANNIS AUSTENII,

BURGGRABII REGII, & PROCONSULIS.

De Patriâ suâ insigniter meriti,

Cum Is a. d. XXII. Februar. A. S. R. M. DC. IVC.

in Templo Mariano

Magnificis Exequiis conderetur,

prosperæ recordationis ergo
devotâ mente ac manu

Gymnasii Thorunensis
RECTORE & PROFESSORIBUS.

THORUNII,

expressa Typis Johann. Balthas. Bresleri, Gymn. Typogr.



Picinellus

In Mundo Symbol. lib. V. cap. 34. p. 410.

MONOCEROTIS

picturæ

additur Virgilii Lemma:


STAT VERTICE ROBUR.

Qvæsi dices :

*Quemadmodum totum generosi istius animalis
robur intra caput, validissimo armatum cornu,
residet : ita N.N. (Viri Consularis) vires cum primis
in Sapientia, Prudentia, Providentia, Fide, aliisque
Virtutibus, in ipsis capite collocatis, sitæ sunt.*

KELLY LIBRARY
UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY
1970

Wohlmeinende Gedanken über gegen über stehendes Emblema.



Echeuret / wie ihr wollt/ ihr Curiosen Seelen! (a)
Auf Erden halte sich kein Einhorn gar nicht auf.
Ich stimme selbst mit ein / in Nereus ließen Hölen
Vollfüre dieses Thier den ganzen Lebens-Lauff.
Ein Bild davon könnt ihr dem Lande doch nicht leugnen/
Das so im Feld / als Stadt / geschickte Männer
hegt.

Ein Einhorn ist / dem man kan dessen Krafft zueignen /
Nicht nur / wo hier und dar ein Narval (b) Hörner
trägt.

Dergleichen Bild muß ihr voraus den Thornen lassen /
Allwo des Rathes Stuhl mit Wiz und Kraft besetzt.
Laßt Wohlfahrt umb sie ruhn/ laßt auch den Neid erblassen!

In beyderley Gelück stehn sie doch unverlezt.
Besonders ist allhier Herr AUSTEN anzuführen /
Herr AUSTEN / unser Haupt / des Rathes Lust und Zier /
Der Bürger Zuflucht-Haus / an deme nichts zu spuren /
Als was vergnügen kan der ganzen Stadt Begier.
Der irret / der sein Thier blos in dem Wappen sucht.

Von seiner Einhorns-Krafft weiß beydes Stadt und Land.
Sagt nicht / Er habe nicht das Laster-Gift verflucht.

Durch seiner Klugheit Salz (c) ward vieles abgewandt.
Gleich wie das Einhorn sich durch seinen Zahn (d) beschützt /

Und andern/die es ehru / verlangten Nutzen schafft :
So hat der theure Mann gemeiner Stadt genüzet /

Und / was Ihn hemmen wolt / mit weichen abgestrafft.
Ich wil sein langes Lob in kurze worte schrauben :

Safttmuth / Gerechtigkeit / Vorsorge vor die Stadt /
Verstand / Aufrichtigkeit / Erfahrung / Treu und Glauben /
Dis war sein Amtes-Horn / damit Er schaffte Rath.

Seht aber ! dieses Bild muß leider ! wieder sterben !

Es wird / eh dann es satt genuzet / abgelebt.

Das Einhorns-Recht mag Ihm kein Vortheil hier erwerben ;

Er wird nun gar ein Horn / (c) das man im Sande gräbt.

Den theur-verdienten Ruhm kan wol kein Grab vertunkeln ;

Doch muß die Stadt den Schutz / sein Haus die Gunst / entpehren.

Sein Tugends-Einhorn wird auch nach dem Tode funkeln ;

Doch kan es nicht / wie vor / erwünschte Krafft gewehrn.

Zum Trost / womit sein Haus inzwischen sich mag laben /

Laßt diesen Todten-Pas an alle Freund ergeben :

Wenn alles Einhorn bleibt in Tellus Gruft vergraben /

Dann wird Herr Austens Leib zur Herrlichkeit aufstehn.

(a) Ol. Wormius in Museo. p. 282. seqq. Olcar. in der Gottry. Kunst-Kammer. Bochart. lib. III. Hierozoi. cap. 27. p. 933. seqq.

(b) So wird von den Mitternächtischen Volkern der Wallisch / so ein Horn auss dem Kopfe trägt / genannt. Worm. I. c.

(c) In Officinen calcinret man nicht allein die Hörner / sondern man macht auch ein Sal volatile. Spiritum. Del. Magisterium &c. daraus.

(d.) Wormius hält I. c. dieses mehr vor einen Zahn / als vor ein Horn.

(e) Nebst dem obigen Wasser-Einhorne wird auch hin und wieder ein Unicornu fossile, so man aus der Erden gräbet / gefunden.

M. George Wende.

Ergone Burggrarium mors abstulit improba Nostrum,
 Inlytum & Illustrem Magnificumque VIRUM,
JOHANNEM AUSTENUM, Decus immortale Thoruni,
 Judicio eximium Consilioque gravem?
 Sic est. Pallida mors, heu, Sceptrum lagonibus æqvat,
 Et pulsat turres, pulsat & illa casas.
 Mors nescit Legem, tollit cum paupere Regem,
 Illa necat Juvenes, enecat illa Senes.
O Te Magnificum Civem, Patriæque Columnam!
 O Mæcenatem Gymnasiique Patrem!
 Qvò properas, Fautor? Qvò Te via dicit ab Urbe
 Noster Amor? Cur Nos deseris, Urbis Honos?
 Curia fle, Cives lacrymis mœsti ora rigate,
 Fle Soboles, è fle Sangvine juncta cohors.
 Egregium Virtute VIRUM sepelimus in urna,
 Et Patriæ Patri debita justa damus.
 Sit tamen at flendi modus, en solamen amicum,
 Insignis qvòd VIR jam requiescit humi.
 Devicit morbos, qui illum cruciare solebant,
 Jam sanus vivit, vivit ovatque polis.
 Omnipotens DOMINUS reliquias Proceresque Patresque
 Conservet sanos incolumesque diu!
 Exhilaret Sobolem læto solamine mœstam,
 Illius maneat semper, ubique Pater!

In honorem piè defuncti Domini Prä-Consulis scribebat
 Wenceslaus Johannides, Gymn. Th. P.P.

Grandior ut querulus meditis diffusa medullis,
 Quam valido fulmen verbere stravit humi;
 In cajum virgulta trahit, subiectaque truncat
 Robora, stipitibus dilacerata suis:
 Sic tua mors, VIR MAGNE, gravi convellit hiatu,
 Affigitque tuam clade nocente Domum.
 Quid, quod & in luctum communem conjicit Urbem,
 Lui præceras mulia cum gravitate diu.
 Vincendus tamen hic dolor intratilabilis, atque
 Numinis arbitrio subjiciendus erit.
 Erigat Hoc Natum, Natas, Generum, atque Nepotem,
 Qvotquot & interitum flentque dolentque tuum.
 Te vero, Venerande Senex, tot honoribus auctum,
 Conspicuumque gravi dexteritate Virum;
 Quem candor, probitas, quem manserat inclita Virtus;
 Axe triumphantem recreet ipse DEUS.

Συντετέτερος fcr.
 M. Johannes Sartorius.

Si fas est, VIR MAGNE, tuos accedere manes,
 Qvos sperata diu sustulit atra dies.
 Si licet, augustas animi descripere dotes,
 præ multis qvarum digna tropæa refers.

Si mihi concessum est, elegis ornare sepulcrum,
 urbi qvod nostræ plurima damna dedit.
 Umbræ terales, & muti vertite manes
 Lethæas undas in terra signa, rogo.
 Tu Libilitina tuam calamos in vertito falcem,
 ut coeptum tristi tramite currat opus.
 Argumenta mœi non sunt velanda doloris,
 qvem nunc Austenii mors inopina dedit.
 Tam clarum cœlis, qvam rarum sidus in urbe
 occubuit! madidas qvis vetet esse genas?
 Non est de nihilo, qvassæ cum fulera carinæ
 in mediis subito disjiciuntur aqvis.
 Qvando domus veteris labant fundamina, qvisque
 tristes & miseris sentit adesse vices.
 Cum capiti bene, florenti sunt membra valore:
 si capiti male, tum langvida membra ruunt.
 Qvæ nos post mortem Proconsulis usqve manebunt
 fata, Dei poterit tollere dextra potens.
 Is fausto acceptum reparabit sidere damnum,
 fulera dabit nobis: & caput urbis erit.
 Attamen Austenius non nostra mente peribit:
 Austenii nostri fama superstes erit.
 Burggrabii qvoties fasces tractavit in urbe,
 qvos Regis Magni gratia misit ei.
 Aut qvoties summo defungebatur honore
 Präsidis, aut alio munere clarus erat.
 Omnes officii partes explevit abunde,
 candidus eloquio, candidus auxilio.
 Ipse ministerii sacri sacer audit amator
 dictus Apollinei gloria prima chori.
 Hic venerandus erat Themidis Legumque sacerdos:
 Justitiae fontem nunc sine fine bibit.
 Austenius nulli vetricum pietate secundus
 siderei valvas liminis intrat, ovat.
 At vos, qui Patris defletis funus amandi,
 qui fletis socii tristia tata boni.
 Qui fratri mortem gemitu suffertis acerbo,
 qvos chari Affinis mors inopina dolet.
 Vos omnes, inquam, soletur gratia verbi
 divini, mentes exhibaretque pias.
 Filius ast absens patrio pia verba sepulcro
 scripsit, qvem, tellus Svecica, redde cito.

* * *
 Mole sub hac, Hospes, posuit lacrimansque gemensque
 Burggrarium Patrem, Filius Austenius.
 Felix morte sua Pater est, da Christe Redemptor,
 Qvod Pater est, ut idem Filius esse queat.

Ultimo carmine ultimam propensamq; voluntatem suam in
 Familiam Austenianam declaratus scripsit

M. Martinus Bohm.

CONSOLATIO AD GEORGIVM AVSTE-
NIVM REIP. THORVN. SECRETARI-
VM SVPER OBITV PARENTIS.

O Teverum vatem! abiturus non ita pridem in Svediam postre-
mum a te visum parentem nobis audientibus vaticinabar. O
te verum, repetam enim, vatem! at inauspicatissimum & fe-
ralem: nam infelices Calendæ Martii, & maxime illæstabilis octava &
decima illarum genitorem tuum ex oculis nostris acerbo ac immaturo fu-
nere subtraxit. Licet enim secundum & septuagesimum ætatis annum
excesserat, tamen nunquam non clarissimorum civium ac perinde patriæ
suæ assertorum, exitus intempestivus & properi censentur. Quo plura
quippe spirantes præstiterunt, eo arvidius voto & cogitatione præsumun-
tur repetunturq;. præsertim cum rarius hodie existent, qui civitatis iuxta
ac aulæ gnari, in magnis publicæ rei calamitatibus, obire officia &
gerere magistratus possint. Profecto amiserit in eonon tantum civitas hæc
patrem plane, sed & tota Prussia exemplar ævi prioris quærendum
maxime & desiderandum. nobilissimæ familie cum primis, cui in hac
tristissima temporum serie, tanquam numen aliquod ac fidus salutare
præfuit & affulxit. Quantiporro virtutem eius serenissimus rex ac
dominus noster æstimaverit, grande favoris documentum est, quod
Burggrabii fascibus subinde eum exornaverit. Quia fide, industria
& studio, in his partibus versatus sit vir summus, illi testentur,
qui dictorum eius factorumq; conscientiam habent. Taceo priscam
eius gravitatem cum comitatis quodam temperamento, quo non modo
in oculis civium magni æstimabatur, sed ipsius etiam reipublicæ Po-
lonicæ proceres in sui admirationem traxit. Omitto hic quoque in-
defessum legendi libros studium, etiam ubi cum adversa conflictaretur
valetudine: insignem temperantiam vitamque dispositam, ut hinc post
septuagesimum annum oculorum vigor ita fuerit integer, ut specillis non
egeret. Nunquam animo meo excidet humanitas & admirabilis ora-
tionis dulcedo, quia ad umbraticum sermonem responderat, cum gy-
mnasii nomine, Burggrabiæ honorem, annuo ab hinc spatio, eidem
gratulatus fueram. Quibus de causis necesse est tanquam immaturam
mortem eius in sinu defleamus. Interim terminum dolori statue, in spem
paternæ laudis assurge, & expeditionem reipublicæ divina gratia con-
fice, patriæque tandem redditus, adventu tuo omnes recrea! **VALE!**
Scrib. XII Calend. Martii M DC XCVI.

PAVLVS PATER Mathem. P. P.

Catullus ad Furium & Aurelium.
Cecidit, velut prati
Ultimus flos, prætereunte postquam
Tactus aratro est.

Clara Deum soboles, Patrum generosa Corona,
Laberis, & repetis pigræ cunabula terræ,
Orta qvibus fueras. Velut Actor vela theatrum
Dum claudunt præpes veteri statione recedit;
Ut ferro armatus, post horrida prælia miles
Vulnere & incusso lassus tentoria spectat;
Ut volucris latebras, flammans dum fulminat æther
Sollicitè qværit, mediis & se occult umbris:
Sic tu post spretas trabeas, justasq; secures,
Post latos clavos, casus, post mille pericla
Abjectis remis, curis, domibusq; relictis,
Sacra sepulchra Patrum, & sublimia sidera qværis,
Tendis & ad Dominum dederat te qui prius Urbi.
Da veniam, patulum stimulabo carmine vulnus,
Qvod sentis, populi decus & Regina, Thoruna,
Ante oculos ponam furtum Mortisq; rapinas.
Viginti non dum cesserunt ordine justo
Tresq; anni, totum, totum lacrymando Senatum,
Vidisti infesto Libitinæ turbine sterni,
Componi & tumuli tenebris, rictuq; sepulchri.
Primus, qvem recolit scribens hæc penna Poëtæ,
Napsius ille fuit. Præcedens præpete cursu,
Hic monstravit iter subeuntibus antra quietis,
Classica & intonuit, jussit componere vasa.
Unus post alium monstrato tramite pergit.
Ultimus est Austen de istis, qvos Curia, recti
Justa parens, gremio fovit, nutritivit amico,
Qvos potuit veniens, Duce Numine, cernere Vates.
Hic claudit stragem Patrum, cum luce Curules
Et fasces linqvens tenuit qvos. Orba potestas,
Burggrabiæ jubat, per qvod res statq; caditq; ve
Publica, conficitur luctu, spissaq; refedit
Nocte, dolens casum, demissa & lumina velans,

Exspe-

Exspectansqve toros, & fortia pectora, nunquam
Qvæ metus invidiæ frangat, lædantqve procellæ.
Talia sint etiam, possit qvò crescere virtus,
Inflammata ausu improbitas mitescere contra.
Gesta Viri non est nostri describere metri,
Qvæ tacitura sciens prudenter Curia celat.
Hoc satis. Ille potest dici Candoris Imago,
Qva se ferre potest qvivis. Hæc unica virtus
Inter tot technas, inter tot squalida bella
Et Patrum, & Fratrum, vicinorumqve triumphat.
Semina pulchra qvidem virtutis combibit hujus
Ille domi, sed eis vires dedit inclyta Leida,
Et Franekera, viris doctis qvæ sàpè superbit.
Non rigor æternus Ponti, scopuliqve cruenti
Aut timor adstrinxit glebæ, fumoqve paterno,
Ut tardus nollet peregrino Sole calere.
Nec tantùm caluit, sed vellera rettulit auri
Doctrinæ, ut victor veniens de Colchide Jason.
Dulce mihi qvondam fuerat miscere loquelas,
Præ-Consul tecum, & dilabens fallere tempus.
Et rerum satis altarum, satis oris habebas
Ausonii, placuit qvoties depromere lecta,
Vel qvæ vidisti, vel qvæ non pauca tulisti. (a)
Tu mihi laxasti calles, Patronæ colende,
Stare loco ut possim, teheram & formare juventam
Palladiis adytis olim. Retinebo favorem
Mente, animo memori, Teqve & post funera amabo.
Tollite jam gelidos artûs & mergite terræ,
O Vespillones! animus qvem Regia poscit
Cœlestis, capiat sedes peragatqve triumphos.
Tu verò, Numen, prolem complectere amore
Patri. Ei fontes largos reserato benignè.
Esse tuas scimus pretiosas æqvore conchas,
Atqve ebur omne tuum est, qvod dives possidet Indus.

(a) Boëthius l. 2. de Consol. Philos. Prosa 4.

Qvis est enim tam compositæ felicitatis, ut non aliqua ex parte
cum status sui qualitate rixetur?

Consecravit ista Fautori Suo
Johannes Rezik, P.P.